Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26464
Copyright: Admont, Benediktinerstift



129

IGITVR MARTINVS SABA .i.
RIE pannoniorum oppido oriun
dus fuit. sed intra italiam ticini alitus est.
parentibus secundum seculi dignitatem non infimis.
gentilibus tamen. Pater eius primum miles.
post tribunus militum fuit. Ipse armatam
militiam in adolescentia secutus inter scola
res alas sub rege constantino. de in
sub iuliano cesare militauit. non tamen
sponte. quia a primis fere annis. diui
na potius seruitute sacra illustris pue
ri spirauit infantia. Nam cum esset annorum .ii.
decem. inuitis parentibus ad ecclesiam con
fugit. seque catecuminum fieri postula
uit. Mox mirum in modum. totus in dei
opere conuersus. cum esset annorum duodecim
heremum concupiuit. fecisset que uotis sa
tis. si etatis infirmitas non obstitisset;
Animus tamen aut circa monasteria. aut
circa ecclesiam. semper intentus. meditabatur
adhuc in etate puerili. quod postea de